



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis  
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate  
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

**Bucelin, Gabriel**

**[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.**

lesu Christi Annus. M.D.XXVII. Sancti Patris Benedicti. M.XLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38498**

solicam sustentare Lateranensem humeris, ita ipse Ordinem novum sustentavit, merito utique maximo de tam charis & Benedictis aequè ac Seraphicis viris, quibuscum propterea tanta cum nostris necessitudo & charitas verè fraterna intereedit. Quod & citatus supra Lucas noster Ruhensis observavit, qui alia inter, ex illa, inquit, prima cum Camaldulensibus nostris conversatione, Patres Capucinos, mutua semper Amicitia conjunctionem servasse, sed & à nostris Eremitis quadam peculiariter, sibi communiter servanda sumpserunt: quale est, barbam nutrire, nec non sine cantu, solaque distincta pronuntiatione Divinas Laudes persolvere. *Vid. Gault. Luc. Angl. Florent &c.*

IESU CHRISTI ANNUS.M.D.XXVII.  
Sancti Patris Benedicti. M. XLVII.

NE Germaniam solam sine igne in cineribus frigidis obriguisset, exarsere in supera aequè ac infera flammæ lucidissimæ, magno eorum solatio, qui constantes in fide, omnes novitates aspernati sunt, æstimantes fidem illi nixam petrae, quæ in spiritu semper fundata Veritatis, sibi constiterit semper & constet, quam tot sæculis, tot summa æstimatione, Præsules & Abbates perenni successione ad nos usque propagati, idem omnes & singuli credentes & asserentes, tot antea Consilij damnatas hæreses; ipsa unanimi in interpretandis sacris Tabulis, concordia, comprobarint. His inquam verè Catholicis, facem perditissimo hoc tempore illustrissimam præterere diversissimi laudatissimarum Congregationum Mellicensis & Bursfeldentis, diversi Antistites, qui non solum in profliganda & amolienda à suis ditionibus diversarum Hæresum licentia, nullum non lapidem moverunt, sed & supremum adire vitæ diferunt minimè abhorruerunt. E quibus hoc ipso anno ad præmia æternitatis evocatus est Quintus Devoist Ursidungensis celeberrimi in Hannonia Monasterij Abbas, *Vir*, ut ejus loci chronica habent, *nunquam sine reverentia nominandus*, primævi refuscitandi in Ordine Spiritus Zelator egregius, *TUTOR & PATER* Patriæ universæ, cui omni modo, & pro va-

lentissimi ingenij viribus, cõsultum semper voluit, & vero etiam felicissimè consuluit, summa apud Reges ac Principes auctoritate, & virtutis æstimatione. Is domique forisque rebus maximis dexterrimè gestis gloriosissimus, summi momenti Legationibus perfunctus, Cæsarem æque ac Hispaniarum Regem, Regna utriusque immortaliter demeritus, imo pro Ecclesia universa, contra Hæreses & Hæreticorum impios conatus, multa præclare ausus, incredibile sui desiderium apud summos æque atque infimos ad præmia æterna evocatus reliquit. *Ex monumentis Ursidungi.*

Beati Hieronymi Suesiani ineffabiles Virtutes, digno encomio extollendæ nunc essent, nisi & sancti atque scribendi facultatem superarent, & compendij, siquid amplius conaremur metas excederent. Unum tamen quin referamus, præterire non possumus, unde animadvertas, qualiter antiquis quam simillimis miraculorum signis Reformationem Ordinis nostri foverit, juverit atque commendaverit Optimum Numen, & qua spe & confidentia esse debeamus, etiam de cætero, novis quibuscunque ad Reformationem solidam spectantibus etiam nostra ætate conatibus, nunquam defuturum. *Contigit aliquando, ait Lucas Ruhensis, cum in Cryptis Almasacy Prior esset, ut de mense January nivium abundantia obrueretur Vallis illa, ita ut per dies quindecim, illinc quis exire, aut aliunde illuc ingredi profus prohiberetur. Unde factum est, ut Fratribus victui necessaria in totum deficerent (fidelium enim largitionibus vivebatur, cum hodie moris non sit perpetuis redditibus Canobia condere, verum sua Monachis rapere) eoque Cellarius Constantius nomine, apud eundem quæretur, quasi fame atque inedia Fratres perituros timens, cui fidelis Pater: o Constanti, inquit, sili, tu fidem non habes; putas, quia DEUS deseret servos suos? confidentia Ipse dixit, & non mentietur: nolite solliciti esse, quid manducetis, aut quid bibatis: qui pascit corvos, non dabit escas famulus suis? Confide & ora, non deerit tibi & Fratribus tuis in crastinum opportunus cibus. His & alijs multis hominem consolatus, Ecclesiam ingrediens ante altare prostratus humi (qui mos illi frequens erat) in multam noctem Orationem traxit.*

Cæperat

Summa  
apud Reges  
& omnes  
auctoritate.

B. Hieronymi  
Suesiani  
Virtutes.

Congregatio  
Mellicensis

Ven. Quintus  
Devoist  
Abbas Ursidungi



Caepit eadem serè hora tenuis, passis-  
per miti suo aere, imber desuere, qui pau-  
latim in abundantem pluviam crevit. Ecce  
mane factò, dum Prima de mare dicere-  
tur, ostij tintinabulum pulsatur; illic pro-  
ximè cucurrit Christophorus, ostiario non  
expectato, ac foribus patefactis, hominem  
& jumentum, pane & alijs alimentis onu-  
stum coram se stare videt, nihil, tanto rau-  
dio plenus interrogat, sed veloci cursu ad  
Ecclesiam redit, & quasi Divino stupore  
attonitus: *Agite, clamat, Patres, agite  
gratias: mandavit DEUS cibaria nobis,  
quod per Patres actum est; erat autem  
homo ille ex domo S. Lucie de Ficano: qui,  
cum durante pluvia magna venisset [mi-  
rabile dictu] pluviam non sensisset, nec  
eius pallium, aut etiam sarcinam, in ali-  
quo madefacta fuere reperta. Sed de cæ-  
teris ejus factis, idem Lucas consulendus.*

IESU CHRISTI ANNUS. M.D. XXVIII.  
Sancti Patris Benedicti. M. XLVIII.

Supremus hic vitæ annus est, mag-  
no omnino Benedictini Ordinis  
Principi, Aymardo de Gouffier no-  
stro, Archiabhati Regij Archisterij S.  
Dionysij Parisiensis, Regularium, cheul  
ultimo [quo magis doleas, in tanto  
viro, splendorem tanti Cænobij de-  
sisset] qui ob merita insignia, ex Ab-  
bate sanctissimi celeberrimique toto  
Christiano Orbe Cluniacensis Archi-  
sterij, ad Pontificales Albiensis Cathedra  
subvectus Insulas, postea etiam S.  
Dionysij præfici meruit, magisque sese  
virtutibus & meritis commendavit,  
qui quanto magis Cænobij promove-  
rat commoda & rem auxerat dome-  
sticam, tanto etiam magis, esurientium  
& inhiantium rebus sacris Harpy-  
arum ambitionem accendit, ut statim  
à morte ejusdem plurimi bolo adeo  
pingui insidiarentur. Ipse vero rei  
benè gestæ confcius, & sanctæ Spei  
plenus, non sine singulari omine Pa-  
trocinantis vero sui Cænobij pastori  
Magni & Divini Dionysij, 9. Octobris  
ipso solemnissimo ejusdem Festo Fra-  
tribus loci & mortalibus valedixit, ibi-  
dem debito cum honore Basilicæ à  
Christo consecratae illatus & tumula-  
tus. Fuit Guilielmi de Gouffier & Phi-  
lippæ Momorentiæ filius, Adriani sa-  
cræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Gui-  
lielmi admiralis, & Arturi Magni Fran-

ciae Magistri frater germanus, cum-  
que non minus utilis fuisset Albiensi  
Episcopatui, Episcopum similiter suc-  
cessorem Cardinalem habuit, insin-  
ante sese deinceps potentia Principum,  
speciosis Titulis, non item exemplis,  
donationibus fundatorum, & cleemo-  
synis pauperum, in splendidum famu-  
litium, mensarum luxum, alendosque  
equos & canes, absumptis Ecclesijsque  
& Monasterij splendidissimis, ruinam  
minantibus, & ad incitas sæpe reda-  
ctis, Religiosorum imminuto nume-  
ro, in valescentibusque ab tali exemp-  
lo Hæreticis, & ne postremi ad rapi-  
nam occurrerent, sacra iocâ invaden-  
tibus, & spoliantibus, demumque ever-  
tentibus. *Ex monumentis S. Dionysij.*

Auxit eodem anno cælitum nume-  
rum, meruissimus ille de Ordine, &  
Christi Ecclesia univerſa Camaldulen-  
sium nostrorum incomparabilis Re-  
formator, & Montis Cerone Monachorum  
felicitissimus Institutor, Beatus  
Paulus Justinianus, qui cum ex iu-  
nere ad summum Pontificem suscepto,  
morbo contracto, suorum destitutus  
auxilij & ministerio, à Fratre Con-  
verso, qui unus unicus ipsi, ignarus  
quid ageret, aderat, deploraretur,  
prophético spiritu, adfore quamprimum,  
qui se & ipsum solaretur, præ-  
nunciavit, adfuitque paulo post vire-  
gregius, Beatus Gregorius Bergomen-  
sis, olim Prior Generalis sacrae Ere-  
mi, Paulo statim in ista erumpente:  
*Sacris Dominus, ait, universis, & mis-  
erationes ejus super omnia opera ejus, &  
pergens: Non mei meriti factu, sed Divi-  
ne miserationis opus: ut in charissime Fra-  
ter & Pater mihi emigranti assisteres, me-  
que Catholica exhortatione morientem in  
fide confirmares. Qua de re, DEO meo  
primùm, ac deinde tibi gratias ago inzen-  
tes: oroque supplex, ut sicut letatus sum in  
his que dicta sunt mihi: ita Dominus con-  
cedere dignetur, animam servi sui letan-  
tem ire in domum suam supernam, ejus-  
que pedes stare faciat in atrijs celestis Hieru-  
salem. Inde conversus ad Domi-  
num: Adesto Tu jam mihi, O bone IESU,  
unica spes mea, sola salus mea, cui soli vi-  
xi, cui uni morior, & suscipe in misericor-  
dia Spiritum meum, quem in manus tuas  
commendo: quia Tu redemisti me DEUS  
Veritatis. Quibus sic dictis, in sancta  
pace dulciter requievit die vigesima  
octava*

Mirifice  
fames  
Religios  
juvat bo-  
num Nu-  
men.

V. Aymar-  
dus de  
Gouffier  
Archi-Ab-  
bas S. Dio-  
nyssij.

Ep Albiensis  
Episcopus

Sanctè mo-  
ritur.

Eius Nata-  
les & cog-  
natio.

Commen-  
datario-  
rum pesti-  
ma exem-  
pla.

Moritur B.  
Paulus Ju-  
stinianus.

B. Grego-  
rius Bergo-  
menſis.

Suprema  
Pauli Ju-  
stiniani  
Verba.